





VI
AEMILII PROBI VITAE EC.
15
K 5
14
VENETIIS S. A.









22a.



Plutarchus de Claris Mulieribus.

Plutarchi paralelia.

221

Plutarchi philosophi de uirtutibus mulierũ traductio per Alamanũ Ranutinum ciuem Florentinum.



Ogitãti mihi de mulierꝵ uirtutibus lon ge ab opinione Thucydidis est aliena sniã: is.n.optimã eẽ cẽset de cuius lau de aut uitupatiõe q̃ minimus apud ex teros sermo habeat: existimãs ꝑbæ mu lieris nomẽ itidẽ atq; corpus domesti cis parietib9 cõtineri oportere. Mihi uero ꝓbabili9 dixisse uisus est leontinus gorgias: q putat mulieris nõ formã: sed egregiũ nomẽ atq; famã debere apud q̃ plurimos esse uul gatam. Quo circa ꝑegregie lex apud Romanos instituta sese hr̃e uidet̃: quæ nõ minus ꝓbaꝵ mulieꝵ qua uiroꝵ fu nera publice ab eaꝵ ꝓpinqs meritis laudatiõib9 celebrari ꝑmittit. Hãc nos fere cõsuetudinẽ nuꝑ imitati post Leõti dis præstãtissimæ mulieris interitũ de uirtutib9 eius lõgã sane tecũ orõnẽ habuimus nõ exptẽ ut mihi tũc uisum est philosophicæ cõsolationis. Et nũc historiã ad te mittimus q̃si ꝑ orõnẽ quãdã tecũ instituti sermonis futurã q̃ cõmode orõni illi si libeat annectere possis: plurimũ.n.cõfert ad id qđ ostẽdere nitebamur ꝓbãdũ unã.s.atq; eãdẽ esse uiroꝵ mulierũq; uirtutẽ nõ uoluptatis tm̃ gr̃a hæc a me excogi tata fuisse existimes uelim: qđ si qd ẽt ꝓbationi uolupta tis aut iocũditatis insit ab ipsa exẽploꝵ uarietate ꝑueniẽs: nõ minus tamẽ ob idipsum ꝓbatiõis quã iotẽdimus uim retinere nr̃a uideri debebit oratio: præsertim tũ ad faciẽdã fidẽ nõ parũ sermonis gr̃a atq; iucũditas adiumẽti afferre soleat: nec sane erubescere debet gratiis musas cõiungens oratio: cũ & ipsa cõiunctio pulcherrima sit: ut inquit Eu



ripides. Et facile audientiũ aĩos ob iocunditatẽ ad credẽdũ alliciat. Si enim eandẽ in uiro muliereq; pingẽda artẽ eẽ pbare uolens præclaras ab Apelle aut zeusi aut nicomacho mulierũ depictas imagines pferã: quis iure mihi succenseat tanq̃ uoluptatẽ potius atq; inanẽ gratiã: q̃ eius qđ instituissem pbationẽ inquirenti? Q d' si poeticam facultatẽ non aliã in uiris atq; in mulieribus eẽ libeat ostẽdere? Atq; ob hoc Saphos carmina cum Anacreontis uersibus conferã: aut bachidis rursus atq; sibylle respõsa simul cõparem iure ne quisq̃ hoc demonstrandi genus accusabit: si etiã oblectatione quadam & uoluptate delinitũ auditorẽ ad credendum inducat? Atqui non aliter magis muliebris fortitudinis & eius quæ uirũ decet similitudinemq; differentiamq; internoscere quisq̃ poterit: q̃ si uirorũq; uitas ac res gestas tanq̃ egregie cuiusdam artis opera in unũ collatas intueat': eũdẽ ne characterem & formã habeat reginæ Semyramidis: ac Sesostris regis magnificentia: aut Tanaquilis & Seruii astutia: uel Portiæ Brutiq;: aut rursus pelopidæ Timochliæq; prudentia. Nã uirtutes ipse differentias aliquas ac ueluti colores pprios quosdã ex illoꝶ qbus insunt natura sumere uident': & eorũdẽ corporibus adæquari: diuersitatẽq; nõnullã pro illoꝶ nutritione atq; exercitatiõe suscipe. Aliter eni Achillẽ: aliter Aiacẽ fortes extitisse putãdũ est: neq; eandẽ Nestoris & Vlyxis fuisse prudentiã: nec pari modo Agesilaum & Catonẽ iustos fuisse. nec ita Corneliã ut Olympiadẽ magnanimã extitisse credendũ. Nec tamẽ iccirco diuersas esse prudẽtias aut iusticias aut fortitudines dicemus: Sed solũ rõne quadã ppria & singuloꝶ qbus insunt inæqualitate differre ipsas cẽsebimus. Q uæ igit'332 mulieꝶ gesta uulgatissima sunt: quæq; te

ex alioꝶ libris cognoſcere potuiſſe arbitror prætermittã: atq ea dũtaxat referã quæ cũ ſint memoratu digna hiſtoriaꝶ ſcriptores cõia tantũ atq oĩbus manifeſta ſcribẽtes latuiſſe cõſtabit. Sed qm̃ multa cõiter a mulieribus qbuſdã pleraq a ſingulis priuati egregie facta fuiſſe cõpimus: nõ abſurdũ fore uidetᷣ prius quæ cõiter a nõnullis geſta ſunt litteris mandare. Troades.

c Apta atq euerſa iã Troia cũ plurimi hoſtiles manus atq urbis incendium euaſiſſent: pleriq aduerſa tempeſtate iactati ex imperitia nauigandi cõpulſi: eam Italiæ partẽ qua tyberis fluuius mare ingreditur tenuere: inde fluminis oſtia nauibus ingreſſi: repẽte ad comeatus: quoꝶ penuria laborabant comparandos paſſi diſcurrere. Interea mulieribus apud naues relictis cogitatio primum deinde etiã ſermo exoritur fore ut bene recteq ſibi ac ſuis uiris cõſulant ſi quem aliquãdo longis erroribus nauigationiq finẽ poſuerint: & patriã ſibi tandẽ aliquã cõſtituerint: quãdoqdem ꝓpriã ſemel amiſſam nõ iam amplius ualeant recuperare: His inter ſe nõ longe admodũ ꝓtractatis una oẽs cõſpiratione facta nauigia cuncta incenderũt principio ab eaꝶ una exorto cui Homæ nomen fuiſſe phibetur. His pactis cũ uiri auxilii ferendi cã citato curſu ad naues cõtenderẽt: mulieres uenĩẽtibus obuiã ꝓceſſere: atq illoꝶ formidãtes iracundiã aliæ parẽtes aliæ uiros oſculabantᷣ. itaq nouo atq inſueto humanitatis genere facile uiroꝶ iracũdiã placauerũt: atq inde ad hodiernũ uſq diem apud Romanas mulieres ꝑmanet cõſuetudo ut oſculãdo ſalutẽt eos q ſibi aliquo affinitatis gradu cõiũcti ſunt. Nã Troiani manẽdi neceſſitatẽ cõſpicati & ſimul indigenaꝶ erga ſe beniuolẽtia cõmoti libẽti aĩo qd a mulierib⁹ geſtũ

fuerat exceperũt. ibiq; errãdi fine cõstituto una cũ latinis habitauere.

Phocenses.

a T uero phocensiũ mulieꝝ facinus q̃q̃ hactenus satis digno scriptore caruerit: nescio tñ an mulie/bris uirtutis testimoniũ alioꝝ oium præclarissi/mũ sit existimãdũ cui9 cũ i sacris quæ ad hodiernũ ẽt diẽ apud iãpolim phocenses pagũt: tũ ẽt publicis lraꝝ monumentis memoria celebrat̃: ut plenius ẽ in Daifanti uita explicatũ. qđ uero ad mulieres attinet huiusmõi fuisse phi/betur: Odiũ erat bellũq; inter phocenses ac thessalos inexpiabile. Cũ phocẽses thessaloꝝ magr̃atus ac præfectos oẽs qui in suis urbibus erãt statuta die ad unũ interfecissent. qua indignatione cõmoti thessali. ccl. phocensium obsides quos apud se habebãt iugulauerũt. Deinde coacto exerci/tu aduersus eosdẽ ꝓfecturi publice decreuerunt ut capta urbe nemini oio puberi parceret̃. mulieres aũt pueriq; oẽs uenũdarent̃. Daifantus aũt cũ Barilli filius q duobus collegis summæ rei phocensibus præerat: suis ciuibus persuasit ut ipsi qdẽ copiis q̃ possent maximis in hostes ꝓficiscerent̃: mulieres aũt atq; oẽm pueroꝝ ĩbellẽ turbã e tota ci/uitate in unũ coactã in secretiorẽ quandã ciuitatis partem deducerent: eodẽq; loco multũ lignoꝝ stipulæq; cõgererẽt & aliquot apud eas relictis custodibus iuberẽt: ut si se bello superatos ab hostibus audissent: tũ subito incensa materia mulieres oẽs puerosq; cremarẽt. Cũ cæteri daifanto assentirent̃: qdã e media cõtione assurgẽs placere sibi cõsiliũ inqt: Attamẽ æquũ esse cẽsere mulieꝝ quoq; sup ea re sententiã sciscitari: atq; ita cõsilio huiusmodi utendum si ipsæ quoq; decretũ illud cõprobassent: sin min9 ĩcolumes illas & sui iuris dimittendas: neq; ullã oio uim moriendi afferẽ

dã eẽ cẽsere. Hac itaq; orone apud mulieres uulgata ipsæ prius inter se cõuentu peracto Daifanti sniam cõprobarũt illius uirtutẽ ac prudentiã laudantes: q̃ oĩum optimæ & ciuitati & eaꝝ saluti consuluisset. hoc idem quoq; pueros seorsum cõgregatos decreuisse tradũt. His peractis phocenses apud cleonas iampolis ciuitatem thessalis cõgressi illos ingenti pugna superarũt: atq; eius uictoriæ gratiam Dianæ sacra omnium maxima in hodiernũ usq; diem faciunt ipsa elafiuolia nuncupantes.

Chiæ.

Eutonẽ urbẽ chios incholuisse ob huiusmodi cãm traditũ est. Nã cũ e prima chioꝝ nobilitate adolescẽs acceptã uxorẽ domũ: ut moris erat curru traduceret: Ippoclus rex sũma familiaritate spõso cõiũct9 una cũ cæteris adolescẽtib9 põpæ celebritatiq; itererat cũq; uino ac iocis ĩcaluisset ĩ currũ quo spõsa uehebat̃ ĩsiluit nullã sane uim allaturus: sed ludẽdi tanq̃ licẽtia ĩmoderatius abutẽs Tũ q aderãt spõsi familiares atq; affines neq̃ uirgini afferretur cõtumelia metuẽtes: facto impetu regẽ obtrũcarũt. post hæc deoꝝ ira uariis pestibus agitati cum ex oraculis finem malorum implorarent: non aliter q̃ ippocli interfectoribus occisis placari deos posse responsum accepere. Quo audito ciues fere uniuersi regem a se interfectũ esse conclamarunt rursus igitur omnes ex urbe migrare deus iussit: qui facto assentientes eius cœdis fuisse participes faterent̃: æque enim facinori uidet̃ obnoxius q auxiliũ præstat agẽti: & q ppetratũ facin9 q̃si iure factũ collaudat. igĩ qui urbe excedere cogebantur cum & uiribus & multitudine plurimũ possent leuconeam occuparunt: quam sibi dudum per uim ablatam per id temporis Eritrensiũ ope

ra & auxilio recuperatã coronenses possidebant: uerũ non multo post coronẽses iterũ auxilio eritrẽsiũ ĩplorato q plurimũ inter oẽs iones uiribus poterant ob recuperãdã leuconeã chiis qui eã occupauerãt bellũ intulere: quorũ uiribus cũ obsistere chii nequaq̃ possent his cõditionib9 deditionẽ fecere: ut sibi cũ chlamyde & singulis tm̃ uestimentis urbẽ egredi liceret. Quo audito chiorũ mulieres grauissime uiros accusabant: q relictis armis nudos sese armatis hostibus credere statuissent. cũq; illi iureiurãdo obstrictos non amplius decernẽdi compotes esse dicerent: mulieres arma nequaq̃ esse dimittenda suaserũt: præsertim cũ & datæ fidei & saluti suæ rectæ consulere possent: si dicant hostib9 hastam pro tunica & clypeũ pro chlamyde uiris fortibus esse. Harũ consiliis uiri assentientes statuta ad profectionẽ die armati subito in medios eritrenses prodiere: quorũ illi audacia perterriti cũ egregie institutos atq; oĩa paratos cõspicerent: neq; illorũ iter demorari nec aduersus eos procedere ausi sunt: bene secum agi putantes si illi cætera omnia relinquentes discederent: ita mulierũ præceptis uiri audaciam edocti salutem sibi suisq; pepererunt: Nec sane minoris uirtutis argumentũ posteris temporibus chiæ mulieres præbuerũt. Cũ enim Philippus demetrii filius chiorũ urbe obsessa: ut ad famulos qui intus erant ad defectionem cõpelleret edictum barbarum sane atq; omni superbia plenum præcones suos pronuntiare iussisset: quo famulis omnibus quicunq; ad se defecissent libertatẽ ac matronæ quam sibi quisq; delegisset coniugium daturũ pollicebatur: existimans singulos eamq; domini fuerat uxor expetituros. Hoc audito mulieres ira atq; indignatione cõmotæ una cum famulis qui & ipsi grauiter eiusmodi edi-

ctũ tulerant própti∫∫imæ ad tutãda mœnia ꝑcurrerunt la pides & omne teloꝝ genus pugnãtibus uiris ∫ũmo ∫tudio mini∫trãtes: eo∫qꝫ adhortationib9 atqꝫ opere quoad poterãt adiuuantes effecere ut irrito incepto philippus tandẽ ob∫i dione ∫oluta di∫cedere cogeret: cũ ex famulis ne unus qui dẽ ad eum defeci∫∫et. Argiuæ.

n Eqꝫ uero inter ea quæ cõiter a mulieribus ge∫ta ∫unt minore laude atqꝫ admiratione: dignã contentionẽ ui∫um iri cen∫eo qua cõtra cleonẽ argiuoꝝ regem Tele∫∫il lidis ductu au∫picioqꝫ mulieres arguit certarunt. Eam ue/ro mulierem poeticæ di∫ciplinæ fui∫∫e peritã memoriæ ꝑ/ditũ e∫t. Nanqꝫ parentibus nobili∫∫imis orta cũ ualitudine aduer∫a laboraret: ab oraculo re∫pon∫um accepit ∫tudio∫e mu∫as a ∫e colendas e∫∫e ∫i ami∫∫am ualitudinem recipere uellet. Q uapropter ip∫a deoꝝ præceptis obtemperãs om/ne ∫tudium operamqꝫ ad mu∫icos cantus atqꝫ armonias cõ uertens breui tempore ami∫∫am ualitudinem recepit. atqꝫ ob artis poeticæ di∫ciplinam plurimum apud cæteras mu lieres famæ ac laudis e∫t cõ∫equuta. Po∫tmodum uero cũ cleomenes Spartiatum rex multis argiuorum ciuium in/terfectis quippe quos ∫eptingẽtos & ∫eptuaginta ∫upra ∫ep temmilia fui∫∫e quidam affirment argos ad occupandam ciuitatem contenderet: tum mulieres in ætatis flore con∫ti tutas animus ∫ubiit ciuitatis aduer∫us ho∫tes tutãdæ. Itaqꝫ duce tele∫∫illide celeriter armis a∫∫umptis ∫ubita corona ci uitatis mœnia compleuere: Q uæ res non parum admira tionis ho∫tibus præbuit. Et cleomenẽ expugnatione ∫æpi9 nequicq̃ temptata pluribu∫qꝫ militibus ami∫∫is ad extre/mum retrocedere coegerunt. Alterum uero regem Dema ratum ut Socrates inquit cum iam partem ciuitatis quæ

229

panfilia dicitur occupasset eiecerunt. Ita mulierꝝ consilio atq̃ uirtute liberata ciuitate mulieres oẽs quæ in pugna cecidissent in uia quæ argia dicitur sepeliri decreuerunt. his aũt quæ pugnæ supfuerãt permissum est: ut Marti simul acrum eaꝝ uirtutis monumentũ statuerẽt. Hanc uero pugnam nõnulli sextodecimo die: alii autem calẽdis gestam fuisse tradũt eius mẽsis qui nũc quartus apud argiuos habetur: quondã uero postremus numerabatur: quo nostrã ad ætatem sacra quædã apud argiuos celebrantur: in quibus mulieres chlamydem ac uirilẽ uestẽ indutæ: uiri autẽ peplum gestantes & mulieribus uelamentis capita obuoluti uersantur. ut autẽ interfectoꝝ ciuiũ iacturam instaurarent nõ seruis ut Herodotus inquit sed accolis qui circa urbem habitabant ut quisq̃ alios excellere uidebatur in ciues electis se se in matrimoniũ sociarunt.

Persides.

q Vum Cyrus aduersus medos atq̃ eorum regem Astyagem bellũ gerens ingenti pugna superatus fuisset: milites effusa fuga urbẽ repetebant. cũq̃ iam e nauibus in terrã digressis naues tẽpestatibus agitatæ ad unũ oẽs in littore frangerent. Igit carii qui Criassam urbẽ incolebant siue illoꝝ sortem miserati seu uires atq̃ potentiã ueriti benigne susceptos ut apud se manerẽt hortati sunt: & colendoꝝ agroꝝ partẽ ipsis diuisere. inde cũ breui tempore plurimũ illos incrementi sumpsisse animaduerterẽt omnes in epulis atq̃ cõuiuio trucidare statuerũt: forte sup hac re cõsultantes illos uirgo quædã cafena nomine quæ summo amore Ninfeum adamabat clanculũ ut a nemine uideretur delitescens audiuit. cũq̃ eum quẽ tantopere deperibat interfectũ iri sustinere nõ posset: carioꝝ omne cõ

silium Ninfeo patefecit. Igitur postridie cariis ad cœnam Milesios inuitantibus ut est Græcis hominibus cõsuetu/do: Ninfeus inquit absq; mulieribus inite conuiuia. cũq; illi mulieres etiã secum ducere hortarentur: Ninfeus con/uocatos Milesios & rem omnẽ ut acta erat admonitos iu/bet ipsos quidem inermes ad cœnam proficisci: uerũ sin/gulos uxori suæ intra uestem occultũ gladium tradere: & quẽq; iuxta propriam uxorem accumbere. Media igitur cœna iam peracta carii ut inter eos cõuenerat inuadendi dant signũ: quod præmonitos iam antea Græcos minime latuit. Itaq; mulieres patefacto repente sinu gladios pro/tulerunt: quibus arreptis Græci aduersus Barbaros ruen/tes una strage omnes interfecere. atq; ita regione potiti & urbe quæ illorum fuerat deiecta alteram sibi condidere ciui/tatem: eamq; Criasam appellarunt. Cafena aũt Ninfeo in matrimoniũ sociata dignum suis meritis honorẽ retulit. Admirabilem itaq; & omni laude prosequendã mulierũ audaciam atq; silentiũ fuisse nemo sanæ mentis fateri non potest: cũ nulla penitus in tam multis inuenta sit: quæ uel audita patefecerit: uel timore deiecta sit: quo minus oia ut sibi mandatũ fuerat studio semper ageret.

Tirenæ.

q Vum tirenorum quidam lemnum atq; imbrum insulas occupassent: ex Atheniensis agri mulie/ribus aliquot liberos procrearunt: quos postmo/dum Athenienses eo quod pro semibarbaris haberentur: & insulis pepulere. Verum hi in Tenarum profecti spar/tiatis in seruili bello egregiam operã præstiterunt. Ii igi/tur in ciuitatis partem asciti cõnubiorum quoq; iungen/dorum licentiam meruere: ad magistratus uero atq; con/

231

silia eosdē admittere haud quaq̄ dignū cēsuerūt. nec mul-
to post apud Lacedæmonios suspicio increbuit eos in ciui
tate res nouas moliri. Quapp cōprehēsi oēs diligētissime
seruabant: quoad manifestis argumētis cōuicti supplicio
afficerent. inter hæc eorꝝ uxores frequēter ad carcerē ue-
niētes multis precibꝰ custodes orabāt ut salutatū ad uiros
ingredi sibi liceret: quod cū difficulter tandē impetrassent
haud ꝑcul abessent: tāta erat insequētiū hostiū celeritas ut
palā cōstaret eodē īpetu uictores uictosq; urbē intraturos.
fugientibus itaq; mulieres facto agmine extra urbē obuiā
ꝓcedētes ac uestibꝰ ex inferiori pte sublatis nudos uteros
ostētātes: quonā ignauissimi ruitis? clamitabāt: an uos la-
tet nō iterꝝ uobis huc ītrare licere unde semel naturæ lege
egressi estis? his castigationibꝰ accēsi persæ & simul specta
culi pudore cōmoti mutuo sese accusantes instaurata acie
in hostes impetū fecere: eosq; incōpositos adorti nō multo
labore fuderūt fugarūtq;: Quapp lege apud eos cautum
est ut cū primo persarꝝ rex aliquis urbē ingredit̄ mulieres
quotquot in urbe sunt singulos auri nūmos a rege accipi-
ant: cuius legis auctorē Cyrū fuisse cōstat: iccirco Ochus
persarꝝ rex cū uitiis aliis cū præcipue auaritia præ cæteris
insignis urbē sæpius circūuectus nūq̄ intrare eādē uoluit
mulieres debito sibi ex lege munere defraudās. At Alexā-
der bis eā ciuitatē ingressus totiēs quoq; nūmos dari mu-
lieribꝰ iussit prægnātibꝰ duplicē mercedē dari præcipiēs:

Celtæ.

c Eltæ priusq̄ supatis alpibꝰ in Italiā traicerēt: cu-
ius hodie nō paruā incolūt partē seditionibus do
mesticis agitati eousq; discordiæ ꝓcessere: ut ciuile inter se
bellū consererent. Cūq; armati iam utrinq; in acie consti-

tiſſent:mulieres media arma ꝓgreſſæ multis precibus la/
crimiſq; illoꝝ animos adeo flexere:ut amiſſa diſcordia in
pacē ac beniuolentiā reuerſi ad ꝓprias domos omnes di/
ſcederent:ex quo nata apud eos cōſuetudo poſteris etiam
tēporibus manſit:ut quotiens de bello ſit eis aut pace cō/
ſultandū mulieres quoq; eiuſmodi cōſultationibus adhi/
beantur. Præterea ſi qua aduerſus ſocios inciderit cōtro/
uerſia ex mulieꝝ ſententia eadē cōponere ſoliti ſunt. Itaq;
inter cōditiones quas cū Hannibale pepigerūt:hoc etiam
ſcriptū atq; his fere uerſibus reperitur ſi quis celtaꝝ iniu/
ria ſe a Carthaginenſiū aliquo affectū quereretur eius rei
Carthaginenſiū magiſtratus aut imꝑatores qui in Hiſpa/
nia fuerint iudices ſunto:ſin Carthaginenſiū quiſquā ab
ullo celtarum iniuſti quippiam paſſus fuerit:celtaꝝ mu/
lieres de ea re iudicium faciunto.

Mileſiæ.

m Ileſii cū ꝓpter finium anguſtias annonæ penuria
laborarent:Niſeum quendā egregia forma ado/
leſcentē deducendæ coloniæ principem conſtituere. Cūq;
illos cōſultū oraculū nouas terras nauibus quærere iube/
ret:atq; ubicūq; uectores amiſiſſent cōſiſtere:forte accidit
ut ad cariæ littora appulſis atq; ad uiros admiſſæ illos hor
tari cœperūt:ut repente ſecū ueſtibus permutatis mulie/
briq; habitu induti uelatis ut eaꝝ mos eſt capitibus e car/
cere ſe ꝓriperent:quaꝝ monitis cum uiri obtemperaſſent
ipſæ quidē in carcere ſubſtiterūt aſperrima quæq; ac diffi
cillima ſubire paratæ.Cuſtodes aūt habitus ſimulatiōe de
cepti uiros adire incolumes permiſerūt. Qui egreſſi tai/
getam repētino tumultu occuparūt:inde ſeruos ad liber/
tatē uocantes ſeditionē excitare nitebantur. Quo timore

233

ſolliciti ſpartiatæ miſſo ad eos caduceatore pepigerũt ut uxoribus fortuniſq; ſuis oĩbus nauibus præterea atq; pecuniis acceptis e regione diſcederent: utq; nouis ſedibus nouaq; ciuitate potiti Lacedæmonioꝶ coloni atq; affines appellarent᷑: His acceptis cõditionibus cũ Polũ & Cratidã Lacedæmonios fratres ꝓfectionis duces accepiſſent: pleriq; in medos ſedes cõſtituere: cæteri uero Polũ ducẽ ſequuti & oraculi fidẽ experiri cupientes certã petierunt: hoc a diis reſpõſum acceperãt: ut ubicũq; deã ancorã amiſiſſent ibi erroribus fine ĩpoſito cõſiſterẽt. Igit᷑ ad cherſoneſſum quæ in creta ẽ appulſi relictis in littore nauibus cõſtiterãt ueꝶ nocturno ac repentino tumultu pterriti ſeſe in naues receperũt: atq; ob fugiẽdi celeritatẽ attoniti Dianæ ſimulacrũ in littore dimiſere. Hoc ſane antiquiſſimũ apud eos pmanſerat: quippe qđ ex lẽno uſq; ſublatũ aſſidue ſecũ in oĩa loca detulerat. hoc itaq; inter nauigandũ requirẽtes in littore derelictũ fuiſſe pceperunt. Et Polus eoꝶ dux uno unco ſuæ nauis ancorã diminutam aĩaduertit. Nã cũ locis petroſis adhæſiſſet eaq; uiolentius poſtmodũ traheretur a reliqua uncus auulſus nautas latuerat: tum Polus oraculorũ dicta iam ſequutã fidem ſatis intelligens conuertendi curſum ſignũ propoſuit. & regione occupata cũ plurimis prœliis locoꝶ habitatores ſuperaſſet: lyctũ urbẽ ſibi delegit habitandã finitimis aliquot ciuitatibus uectigalia ſibi præbere coactis: & nũc ẽt athenienſiũ ſeſe cognatos dictitantes ꝙ materni generis ab iiſdẽ ducant originem ſpartiatum ſe colonos eſſe proficiſcentur.

Liciæ

q Vod aũt in licia cõtigiſſe ferunt q̃q̃ fabulæ ſimilius q̃ ueri eſſe uideat᷑ multoꝶ tamẽ & ſermonibus & in

unum consentiente fama celebratum esse constat. Amiso/
darus enim qui & Isaras dictus est a zelia liciorum colo/
nia ueniens pyratarum non exiguam multitudinem secũ
deduxit: cui Chimarrus præerat uir quidem bellicæ artis
peritissimus: cæterũ ĩmani quadam præditus crudelitate
hunc nauis uehebat cuius prora leonẽ puppis uero draco
nem gestabat insigne: multisq; cladibus licios uexans ef/
fecerat ut neq; nauigare tuto nec maritimas ciuitates inco
lere posset: hũc fugientẽ aliqñ bellorophon pegaseo. i. ci/
tissima quadã ut arbitror naui assequutus interemit: ideq;
cũ aggressas liciam Amazonas pepulisset nullo tantis me
ritis premio accepto ĩuiriis ẽt a rege affectus fuerat. Qui
bus rebus indignatione percitus Bellorophon ad maris lit
tus accedens neptunum rogauit ut oram illam infructuo
sam atq; ad serendum inutilem redderet. Peractisq; preci/
bus obuersa ad littus facie discedebant: cum subito mare
tumescens uniuersa obruere cœpit: spectaculũq; erat hor/
rendum tam uaste sese attollentes & bellorophontem se/
quentes fluctus intueri: ut omnia circum loca iam occu/
parent. Igitur delecti e liciorum primatibus uiri belloro/
phontem adeuntes rogabant ut tantis malis finem im/
poneret: qui cum diu multumq; precati nihil profice/
rent: mulieres sublatis ab inferiori parte uestibus Bello/
rophonti obuiã processere: cumq; ille pudore commotus
conuersa rursus ad littus facie pergeret undas quoq; in so
litum locũ refluere cepisse cõmemorant. Verum aliqui hu
iusmodi fabulam interpretantes non imprecationibus il/
lum tradunt maritimas aquas super induxisse. Sed cum
ager totius liciæ feracissimus in humili depressoq; loco si/
tus esset Bellorophontẽ aggere qui mare destinebat rescis/

so aditū aquis maritimis patefecisse tradunt: cui malo fi/
nem ab bellorophonte petētes uiri cū nihil ꝓficerent mu/
lieres illi circūfusæ pudore quodā deuictū finem iracun/
diæ ponere coegerint, Sunt qui appellatā chimerā montē
quēdam fuisse tradant horrēdos sonitus atq; incēdia emit
tere consuetū q̄bus finitimis ager infestus neq; arbores nu
trire neq; fruges proferre poterat. uerū bellorophontis pru
dentia qui monitis paret quæ plenissima erat rescindi ius/
sit fragores fuisse cōpositos magnūq; malis remediū alla/
tis. uerꝫ cū sibi debitas grās minime referri aīaduerteret:
īdignatione pcitus ingratos hoīes ulcisci parabat. sed mu/
lierum precibus uictus ab incepto destitit, Q uā uero non
sis in quarto herculeoꝶ libro cām refert haud quaq̄ esse fa
bulosa uidet̄ aprū. n. īmensæ magnitudinis xāthioꝶ fines
īuasisse tradit qui fruges fructusq; circūquaq; destruens a
bellorophonte occisus fuit. Cūq; nihil grāe pro tanto labo
re meruisset: ultionē a neptuno aduersus ingratos postula
uit. Q uapp salsum quēdā humorē passim per eoꝶ agros
scaturisse ut oīa quæ in agris nascebantur illo humore cor
rupta deficerent: nec prius tanti mali finē affuisse q̄ precā
tiū mulieꝶ pudore uictus bellorofon neptunū ut xanthus
tādē ignosceret exoraret. Q uāobrē lege apud xāthios cau
tū ē ut a matribus nō a patribus filii generis nomē sortiāt̄

Saguntinæ.

r Omanis iā bellū inferre meditatus Hānibal prius q̄
copias ī italiam traiceret: in hispania bellū gerēs ur
bē hispaniæ opulentissimū saguntū obsedit: ac primo qui
dem ciues obsidione perterriti & sese imperata facturos
polliciti argenti trecenta talēta & totidem obsides dare pe
pigerunt. quibus acceptis conditionibus Hannibal cum

soluisset obsidionē: Saguntini pœnitentia ducti nihil eorꝝ quæ pepigerant præstitere. rursus igit̄ ad obsidionē cōuersus Hānibal & dirripiēdā militibus urbē pollicitus eos ad pugnandū hortabat̄: qui sūmis uirib9 inito certamine oppressos malis undiq; barbaros tandē ut sese cōditionibus huiusmodi dederēt ꝑpulere ut liberis hoīb9 cū singulis tā tū uestimētis ex urbe migrare liceret. mulieres igit̄ id qd̄ tādē euenit fore suspicatæ ut. s. hostes diligentius uiros ne quis occultū telū efferret intuētes se ipsas egrediētes negligerent atq; intactas abire ꝑmitterēt: gladiis intra sinus occultatis ex urbe digressæ sunt. cūq; oēs iam ciues urbem exissent Hānibal equitū massiliensiū turmā ad portā ciuitatis in statione collocauit: cæteris incōposito ad urbē dirripiendā intrare ꝑmissis: cūq; multi ut in talibus fieri solet multa undiq; asportarent nō se ultra cōtinere massilienses potuerunt: sed portæ statione dimissa indignantes ad prædandū discessere. Interea mulieres clamore sublato: quum gladios quos gestabāt uiris tradidissent simul cū illis ipetū in hostes fecerunt: fertur q; earū unā ex Hanonis cuiusdam manibus dirreptam hastam in eum ipsum uulnerādū conuertisse. uerum quia thorace indutus erat occidere minime ualuit. At uiri multis hostibus interfectis reliquis uero qui obuiā uenerant in fugā uersis una cum mulieribus sese ex urbe incolumes recepere: qd̄ postq̄ est Hannibali renuntiatum: equites repente qui persequerētur dimisit. cūq; ex ipsis aliquot adduxissent captiuos ultimo supplicio affici iussit. uerum maxima pars in proximos montes dilapsa hostiles manus effugerunt. qui paulo post misso ad Hannibalem caduceatore ueniam atq; in urbem reditum ab eodem impetrarunt.

237

Milesiæ.

m Ilesias qnq; uirgines admirabilis morbus & ima-
nis qdá furor inuasit: cuius neq; cã ulla neq; reme
dium poterat inueniri: ue℞ fanaticã quandã cõtagionẽ ab
aere diffusam arbitrabant̃: qui illa℞ mentes ad insaniã cõ
uertens repentinæ mortis cupiditate correptas: ut se ipsas
strangularent efficiebat. Itaq; permultæ eo mortis genere
perierunt: neq; uero parentũ lacrimæ neq; amico℞ moni-
tus ac suasiones aliquod huic malo remediũ afferre pote-
rant: tantaq; erat furoris immanitas ut omnẽ custodientiũ
diligentiã superarẽt: ut nõ humano cõsilio sed mali cuius-
dam dæmonis impulsu accidere uideret̃. Itaq; nõ iam ho-
minũ ingeniis: sed deo℞ quærendum remediũ oẽs assere-
bant. nec ullus tamẽ antea tanti mali finis inuentus est q̃
spectatæ quidã prudentiæ uir ad populum rogatione per
lata decreuit ut uirginũ quæ sibi ipsis mortẽ cõscissent per
mediũ forũ nuda cadauera efferrentur: eas res non modo
uirginũ furorem cõpressit: uerũ etiã sedauit atq; extinxit:
magnũ ꝓfecto uirtutis atq; ingenuitatis argumẽtũ tantũ
apud illa℞ animos ignominiæ metũ ualuisse: ut quas illa
quæ grauissima humano℞ malo℞ existimabatur mors &
dolor abinstituto nõ auerterãt oblata turpitudinis species
ita cõmouerint: ut ignominiã ꝑpeti nullo modo possent
satis q̃ post mortẽ etiam subituras esse intuebantur.

Chiæ.

m Os quõdã apud Chio℞ uirgines fuerat ut sacro℞
statutis diebus in unũ oẽs coactæ: ꝑ aliquot dies
una uersarent̃: quas ea℞ amatores facto etiã agmine seque
bantur: ut eas ludẽtes inter se ac saltãtes cõspicerẽt: noctu
aũt eodẽ agmine singula℞ domos ingrediẽtes parentibus

fratribusq̄ mutuo quæcūq̄ factu opus esset administra/
bant: eueniebat aūt plerūq̄ ut eandē plures simul amarēt
adolescētes amore aūt tam sancto atq̄ modesto: ut cū pri/
mū uirgo despōsata esset repēte oēs ab eius amore desiste/
rent: in quo illud uel maximū tēperantiæ muliebris argu
mentū cōspici pōt: q̄ neq̄ adulteriū neq̄ illegitimū ullum
concubitū apud eos accidisse memoriæ proditum est.

Phocenses.

c Vm Phocensiū tyrāni delphos occupassent The/
bani aduersus eosdē bellum quod sacrū appella/
runt suscepere. Interea Bacchi sacerdotes quas illi thiades
uocant furore correpte: ut eaꝝ moris est huc atq̄ illuc sine
discrimine errātes uagabant̄: forte accidit ut nocte quadā
in ciuitatē Amfissam īprudētes deuenirēt: cūq̄ adhuc fu/
rore percitæ haud quāq̄ mentis cōpotes essent ꝓgressæ in
foꝝ corporibus humi stratis dormitantes ꝓcubuere: uerū
Amfisseæ mulieres ueritæ ne thiades uiolarentur a militi/
bus tyrānoꝝ qui frequentes in ea urbe uersabantur: quod
esset ea ciuitas fœdere phocēsibus iuncta facto agmine in
foꝝ decurrentes sopitas thiades tacite circūstetere: nec eas
tamē a somno excitarūt: At postq̄ illæ sponte sua expere/
ctæ sunt aliæ alias domū deducentes quæ reficiendis cor/
poribus opus erāt liberalissime præbuerūt. inde a uiris li/
centia impetrata thiadas usq̄ ad montes prosequutæ sunt:
unde tutus iam reditus illis patebat in patriam.

Valeria Cleria: & Lucretia.

t Arquinū superbū qui a Romulo septimus apud
Romanos regnauit Lucrētiæ uirtus eidēq̄ illata
cōtumelia ex urbe pepulerūt. Hanc uiro in primis nobili
quiq̄ reges cōiunctione sanguinis attingebat nuptā: unus

e Tarquini filiis ad eã ueniẽs uiciauit:quæ cognatis ami/
cisq; oibus cõuocatis rem oẽm quo gesta fuerat ordine cũ
enarrasset:repente sese in eoꝝ cõspectu iugulauit. Hac de
causa expulsus urbe Tarquiis multis aduersus Romanos
hostib9 cõcitatis:tandẽ Porsennã etruscoꝝ regẽ bellũ ad/
uersus eosdẽ suscipe cõpulit:qui magnis copiis Romanos
fines ingressus ciuitatẽ obsedit. Cũq; bello simul & fame
laborantes Romani:Porsennã haud minus iusticia & hu/
manitate q̃ belli artibus ualere cõperissent:illum inter se
Tarquinũq; cõtrouersiæ disceptatorẽ elegerũt:liberã sibi
de hac re iudicandi licentiã permittentes.uerũ Tarquinus
haud quaq̃ cõditionibus huiusmodi assentiẽs minime ui/
sum in ferenda snĩa dictitabat:qui parũ fidus in bello so/
cius extitisset.Itaq; Tarqno dimisso Porsenna cũ Roma/
nis amicitiã inire summo studio cotendit.Igitur agro quẽ
ex etruscis Romani occupauerant:& captiuis oĩbus rece/
ptis uiginti præterea acceptis obsidib9 decẽ uidelicet ma
ribus adolescẽtibus ac uirginibus totidẽ obsidionẽ soluit.
Forte inter uirgines quæ pro obsidibus datæ sunt Valeria
Publicolæ cõsulis filia extitit. Interea cũ nõdum rebus ad
integrũ cõpositis circa Romã Porsenna etiã uersaretᷣ:uir/
gines quas pro obsidibus in castra deductas antea memo/
rauimus tãq̃ sese loturæ parũper ab exercitu secedentes ad
tyberim deuenere:ibi unius Cleriæ noie adhortationibus
impulsæ paulatim fluuiũ ingrediẽtes obuolutis ad capita
uestibus & gurgitũ ꝓfunditatẽ deterritæ:mutuoq; sese ut
poterãt subleuãtes uix tandẽ magno labore fluuiũ trãsmi
sere. Sunt qui Cleriã equo transuectam cohortatione pa/
riter:atq; auxilio nantes alias adiuuisse tradunt.eiusq; rei
quod paulo infra narrabimus utunᷣ argumento. Cum.n.

Romani trāsuectas illas incolumes uehementius admirarentur: sicut illarꝝ uirtutē audaciamq; laudandā censebāt: ita in seruāda fide ab uno rege uinci minime cōuenire arbitrabant. Igit datis ducibus puellas uerꝝ ad Porsennā deduci curauerūt: redeūtibus uero Tarquiis ad fluminis trāsitū locatis insidiis parū qn illas caperet abfuit. Ex eo tumultu Valeria Publicolæ cōsulis filia cū tribus familiaribus in Porsennæ castra cōfugit. reliquas uero Porsennæ filius Arruns cū equitatu auxiliū ferens e manibus hostiū liberauit. Cūq; oēs in cōspectū regis deductæ fuissent admiratus eorꝝ audaciā Porsenna: quænā ex ipsis migrationis auctor fuisset percontabat. tum cæteræ timore pculsæ tacite in Cleriā oculos coniecerunt mali aliqd illi a rege impendere metuētes. uerū ipsa nihil oīno deiecta se ipsam extitisse ꝓfessa est. At Porsenna eius uirtute cōmotus egregie faleris instructū equū Cleriæ dari iussit: cæteras quoq; uirgines benigne alloquutus omnes Romā ad parētes redire permisit. ex hoc pleriq; arguunt Cleriam equo uectam fluuiū transmisisse. quidam uero nō ea de causa donatam equo Cleriā autumant: sed uirginis fortitudinem atq; audaciam admiratū regem eo munere dignam existimasse: quod maxime uirū strenuū bellicosumq; deceret positū certe huius facinoris monumentū uirginis habitu statua equestris in uia quæ sacra nūcupatur: quā aliqui Cleriæ: aliqui Valeriæ nomine dicatam asserunt.

Micca & Megistona.

a Ristotimus eliensiū tyrrānidæ occupata uiribus fretus Antigoni regis principatū tenebat: atq; intemperāter potētia abutēs nouis quotidie iniuriis miseros uexabat ciues; cum esset & suapte natura ferus atq; imma

nis:tum barbarorum hominũ consiliis uteretur:quibus to/
tius regni administrationẽ & corporis insup custodiã cõ/
miserat:unũ tñ egregie præ cæteris memorat crudelitatis
exemplũ aduersus Philodemũ perpetratũ.is filiã habuit
& moribus & forma præstantem noĩe Miccã:quã Lucius
qdã tyrãni satelles adamauit:si id amorẽ potius & nõ effe
ratã immanẽq; libidinem oporteat appellare.Igitur misso
nuntio uirginem statuto tẽpore ad se uenire iubet:idemq;
parẽtes necessitate cõpulsi uirginẽ ut faceret hortabant.
uerũ ipsa ut erat natura prudens tũ ingenue liberaliterq;
æducata paternis genibus aduoluta rogabat ne se ĩ turpis/
simũ flagitiũ pficisci pateret:utq; mortuã potiusq̃ amissa
uirginitate turpiter iuuentutẽ aspicere uellet.longior itaq;
mora cũ traheret:libidine simul atq; ebrietate furẽs Lu/
cius ipse domũ uirginis pficiscitur:eãq; paternis genibus
apposito capite hærentẽ offendens se statim ut sequeretur
minitabundus imperabat:qđ illa cum facere cunctaretur
laceratis uestibus Lucius nudatã grauissimis plagis ceci/
dit:quæ tã forti animo dolorẽ perferebat: ut ne gemitum
quidẽ ad plagas ullũ omnino ederet.At parẽtes tã acerbo
spectaculo grauiter cõmoti flentesq; postq̃ nihil orando se
proficere animaduerterunt hominũ deorũq; auxiliũ cla/
moribus implorantes indignis se contumeliis affici quæ/
rebantur:tunc ira uinoq; percitus barbarus uirginẽ ut for
te in paterno sinu posito capite cõstiterat iugulauit:Nihil
tamẽ est ĩmanitate tã atroci permotus tyrannus:sed in ci/
ues qui admissum facinus crimanabantur sæuior effectus
eorum aliquot morte plurimos uero exilio dãnauit:e quibus
octoginta forte in ætholiã cõfugerũt: q cũ summis preci/
bus tyrãnũ rogarẽt ut uxores paruosq; natos ad se pficisci

permitteret nihil ab eo penitus ĩpetrare potuerunt: uerum ipse nõ ita multo post palã nuntiari per præconẽ iubet licere mulieribus exulũ cũ filiis omniq; ornatu ac supellectile ad uiros ꝓficisci: id omnes quarũ uiri exulabant læto animo mulieres excePerũt: quas ad sexcentas fuisse memoriæ proditũ est: quo maior illis proficiscendi spes esset omnes die statuta proficisci iubet: ea igit̃ postq̃ aduenit: cunctæ ad ciuitatis portã qua exeundũ erat cõuenere quæ secũ delaturæ erant sũmo studio comparabant: & paruos filios aliæ instant gestantes aliæ curribus ĩpositos trahentes cæterarũ aduentũ præstolabantur. Iãq; omnibus quæ ad profectionem opus erant constitutis procedere agmen inceperat cum repente missi a tyranno satellites anteq̃ agmen assequerentur magno clamore consistere mulieres: nec ulterius quicq̃ progredi iubent: inde cum ad eas peruentũ esset: retrocedere omnes præcipiũt: arreptisq; quos illæ parauerant curribus eosq; mediũ peragmen agitantes: nec manere tuto nec regredi patiebantur: quod uero acerbissimum erat tantis angustiis pressæ mulieres periclitantibus aut morientibus filiis auxilium ferre non poterant: multi enim cum e curribus cecidissent rotarũ impulsu conterebantur: cæteros uero simul cum matribus satellites non secus atq; ouium gregem in unum globum stipatas fustibus lorisq; cædentes gradum properare cogebant: quoad omnes in carcerem deductas intrusere: res uero earum omnes ad tyrannum delatæ sunt. Tam scelestum facinus cum grauiter Elienses perferrent Dionysio sacratæ mulieres quas illi sexdecim uocant sacerdotii ornatibus insignes ac dei sacra manibus gestantes ad Aristotimum qui tum in foro obuersabatur deuenere:

quaꝝ reuerentia permoti satellites q tyrãnũ circũstabant retrocedẽtes aditũ illis ad tyrãnũ patefecere. Veniẽtes primo tyrãnus & manibus sacra prætendentes cõspicatus cũ silentio audiuit. Sed postq̃ pro captis mulieribus depræcaturas aduenisse cognouit: ueluti quodam furore correptus magno clamore satellites q̃ eas ad se uenire permiserat obiurgauit: eas uero militũ concursu detrusas partim ẽt uerberibus cæsas q̃primũ e foro depelli præcepit: & eaꝝ singulas duob9 mulctauit talentis. His tam attrociter gestis Hellanicus q̃q̃ propemodũ senio confectus ulciscendi tyranni negociũ in ciuitate suscepit is pp ætatis ĩbecillitatẽ & duoꝝ filioꝝ interitũ minime apud tyrannũ suspectus habebatur. Inter eos ciues quos in ætholia fugisse memorauim9 coactis q̃bus poterant copiis agri partẽ quãdã urbi finitimã occuparunt: ubi & tuto cõsistere & ciuitati bellũ itidem cõmodissime inferre poterat. eo multi ex elide ciues quotidie cõfluẽtes iam fere iusti exercitus speciem cõfecerant. His rebus perculsus tyrannus ad mulieres quas in carcere clausas ante diximus proficiscitur: utq; erat ingenio ferox minis potius metuq; q̃ gratia aut precibus cũ his agendum arbitratus iubet eas nuntios cum litteris ad uiros mittere: eosq; ut ab obsidione desistant rogare: alioquin se paruos natos in eorum conspectu prius ipsas dein de omnes uerberibus cæsas interfecturum minitatur. Ad hæc silentium tenentibus mulieribus cum tyrannus acriter instaret ut quidnã facturæ essent responderent: uerbũ quidem nullum proferre audebant: uerum tacitæ sese mutuo cõspicientes nihil se illius minis terreri significabant. Tum Megistona Timoleontis uxor quæ cum uiri nobilitate tum etiam propria uirtute princeps inter mulieres ha

bebatur: & ipsa uenienti tyranno assurgere dedignata est: cæteras etiã assurgere ꝓhibuerat. Hæc igitur ut erat humi sedẽs talibus uerbis ad tyrãni dicta rñdit. Siquid in te uirilis prudentiæ aut cõsilii resideret nõ utiq; mulieres iuberes: quæ facto opus essent suis uiris præscribere: sed nos ad ipsos tanq̃ ad dominos nostros permisisses proficisci: q̃ melioribus utens & sermonibus & cõsiliis quã quibus nos paulo ante delusas fraudasti: quod si nunc omni spe destitutus ipsos quoq; uerbis deludere per nos arbitraris uehemẽter erras: neq; nos iterꝝ abs te decipi substinebimus: neq; ipsos tam dementes fore arbitreris uelimus ut dum infantium aut uxorꝝ uitæ cõsulunt: libertatẽ patriæ neglectam patiantur. Neq;.n. tantũ ipsis affert mali si nos ac paruos liberos amittant: quippe quos ne nunc quidẽ habere possunt quantũ assequentur boni si tuis crudelitatibus ciues suos ac patriã liberauerint. Talia adhuc loquente Megistona non ultra compos iracundiæ tyrãnus paruũ eius filium quasi mox illum interfecturus in cõspectum deduci iubet: quẽ cum ministri inter cæteros ludentẽ requirerẽt: mater ipsum noĩe cõpellãs huc ad me inquit accede nate: ut antea uitæ finẽ sortiaris q̃ sæuissimæ tyrãnidis experiẽtiam aut ullũ oĩno sensum per ætatẽ possis accipe: mihi.n. lõge grauius est te præter cõditiõis tuæ dignitatẽ seruientẽ q̃ mortuũ intueri: Cũ talia cõstanter atq; intrepide Megistona loqueret̃ iracũdia furens tyrãnus districto gladio in ipsam ferebat̃. uerũ e familiaribus quidã nomine Chilon obuiã ueniens tam atrox facinus ipsum ꝑpetrare ꝓhibuit. Hic sane amicitiã erga tyrãnũ simulans una cũ cæteris familiaribus apud eũ uersabat̃: sed extremo odio in eũ affectus unus erat ex eorum numero qui Hellanico principe

225

aduersus tyrãnũ cõiurauerãt. is igit̃ ruerẽ Aristotimũ cõ-
prehẽdens turpe degenerisq; animi esse dicebat: minimeq;
uirũ principẽ decere muliebri sanguine manus cõmacula-
re: his admonitiõib9 uix mẽti reddit9 Aristotimis relictis
mulieribus illinc discessit. Neq; ita multo post prodigiũ
accidisse huiusmodi fertur. nam dum Aristotimo cũ uxo-
re in thalamo quiescente famuli cœnam præpararẽt repẽ-
te sublimẽ aquilam supra tyranni domũ uolitantẽ cõspe-
xere: quæ paulatim declinãs magnum lapidẽ quasi dedi-
ta opera dimisit in eam tecti partem: quæ thalamo in quo
tyrãnũ cũ uxore quiescere diximus supposita erat; indeq;
magno strepitu & clangore sublata ex aspicientiũ oculis
sese ꝓripuit. clamore igitur eorũ qui auem uiderant exci-
tatus Aristotimus: auditaq; re perterritus uatem quo plu-
rimũ utebatur ad se uocare iubet. quidq; hoc augurio por-
tendi arbitret̃ aĩo nõ mediocriter ꝑturbatus sciscitabatur.
At uates bono ipsum aĩo esse cohortatus hoc signo por-
tendi dixit ipsum ioui curæ esse: atq; auxiliũ in oĩb9 præ-
staturũ. Et hæc quidẽ tyrãno respondit: ueꝝ ciuibus quos
sibi fidos atq; amicos exptus erat magnũ periculũ inquit
& quãtũ antea nunq̃ tyranni capiti ĩminere. Igitur qui cũ
Hellanico cõiurauerant nõ ultra cunctandũ esse arbitra-
ti postridie tyrannum inuadere statuerunt. Nocte autem
quæ destinatã facinori diẽ præcessit dormienti Hellanico
uisum est alterũ ex his quos supra occisos memorauimus
filiũ supra dormientis caput adstare: ac magna uoce obte-
stari quid pater dormis: an te crastina die ignoras totius
ciuitatis imperatorẽ fore? hoc uisu cõfirmatus Hellanicus
primo mane socios ad perpetrandum negocium adhorta-
tur. At uero Aristotimus cum nuntium accepisset: craterũ

magnis copiis auxilium sibi ferentem aduentare: iamq; in
olympia cum exercitu consedisse: eo usq; fiduciæ proces/
serat ut in forū sine custodibus cū chilone ꝓdire sit ausus.
Igitur agēdæ rei occasionē oblatā cōspicatus Hellanicus
signum qd' dare coniuratis statuerat nō dedit: sed manus
ad cælū tollens clara uoce qd cūctamini inquit o uiri pul
cherrimū spectaculū in medio uostræ ciuitatis edere? tunc
primus Chilon districto gladio unū ex his ꝗ tyrānū comi
tabant' occidit. Thrasibulus uero Lāpedusq; cū ꝓperato
gradu tyrannū peterēt: ipse illorū impetū fugiens in ꝓxi/
mā iouis ædē sese recepit: ibiq; a ꝑsequentibus confossus
occubuit. Coniurati post hæc cadauere ī medio foro ꝓtra
cto ciues ad libertatē cōuocabāt. Cūq; frequētes undiq; cō
uenirent pauci tñ præuenere mulieres potuerūt: quæ sta/
tim ad primū nuntiū excitatæ sūmo clamore gaudioq; de
currentes in forū uiris qui illic aderant cōgratulabantur.
Interea cū frequens turba in tyranni regia prorumperet:
uxor eius una cum duabus filiis thalamū ingressa: obsera
tisq; foribus sese inserto circa collū laqueo peremit. Erant
ut antea dixim9 tyrāno duæ filiæ insignes forma atq; æta
te iā nubiles: has e thalamo in quē confugerant per uim
detractas quidā ut uitiatas occiderent deducebant. his for
te obuiam facta cū mulierum turba Megistona: perin/
digna illos ac nefaria moliri exclamat: si popularē uitam
agere uelle ꝓfitentes ea tñ facere aggrediant' quæ uix etiā
tyrannorū sæuissimi facere auderent. ad huius uocē cum
omnes propter mulieris reuerentiā substitissent: optimum
illi consiliū uisum est ex eorū manibus puellas eripe: iisq;
se ipsas interrimēdi facere potestatē. Reductis igit' in tha/
lamū præcepit ut quo eis magis placeret moriēdi genere

optato sese perimerent: tūc eaꝝ quæ natu maior erat zonā qua cincta erat dissoluēs laqueū quo se perimeret innecte bat: & germanā hortabat̄: ut quæ se facientē uidisset eadē ipsa quoq; pageret. atq; humile quicq̄ aut eoꝝ genere indignū facere caueret. Tum iunior zonā manibus apprehendens orabat ut sibi priorē moriendi locū cōcederet. ad hæc illa neq; aliquid oīno inquit dum uiuere licuit negatura tibi soror fuerā: & nunc quādo ita uis extremā hanc ex me gratiam accipe. Ego aūt quādo tibi ita placet super uiuā: & quod mihi ipsa morte grauius est carissima soror & prius morientē intuebor. hæc dicens zonam sorori tradens admonebat ut nodū spinæ proprius admoueret quo citius faciliusq; suffocaretur. inde ubi illam iam expirasse animaduertit solutū cadauer quoad poterat uestibus circūtexit: Tunc ad Megistonam cōuersa rogabat ne se post mortē turpiter nudatā iacere pateretur: atq; his dictis eodē innexa laqueo uitā finiuit. Ita neminē tam inhumanū atq; infensum tyrāno fuisse arbitror: qui tali uirginū ingenio tantaq; animi ingenuitate nō flecteretur. uerum hactenus cum pene innumera alia supersint cōmuni plurium mulierum gesta consilio dixisse sufficiat. Deinceps singularū uirtutes sparsim ut quāq; sors obtulerit pscribemus minime opus esse arbitrantes in hac historia tēpoꝝ ordinē rationem ue seruare.

Pieria.

e X Ionibus q̄ miletū habitabāt nōnulli aduersus Nilei filios facta seditōe in miūtē discessere. ibiq; sedib9 cōstitutis habitabāt. ueꝝ crebris milesioꝝ incursionibus agitati. continenter aduersus illos pugnare cogebantur. Sed cum ex eadē ciuitate essent utriq; oriundi: & seditionis tm̄ gratia factæ aduersus ipsos milesii pu-

gnarent nõ extremis odiis inter se dissidere statis cõstabat quippe confestis quibusdam sacratisq; diebus mulieres ex miunte miletũ proficisci paterentur. Erat inter eos qui in miunte habitabãt uir & diuitiis & nobilitate excellens nomine Pithus: is uxorẽ Iapigiam filiã uero Pieriã habebat: quæ cũ tempus aduenisset quo Dianæ sacra peragebant miletũ ut sacris interessent proficiscuntur. Ibi Frigius ex Nilei filiis maior natu uehementi Pieriæ amore correptus interrogauit quidnam illi gratissimũ a se præstari posset: quæ id sibi longe omniũ gratissimũ fore respondit si det operam ut q̃sæpissime multisq; sociis comitata miletũ sibi uenire liceat: quo dicto facile Frigius animaduertit: amiciciam pacemq; ab illa exposci. Itaq; conuocatis in unum ciuibus pacẽ cum his qui in miunte habitabant composuit. Ex hoc magnum apud utrãq; partem Pieriæ nomen habitum est: magnoq; ab omnibus honore beniuolentiaq; colebatur: ut etiã uulgo inter mulieres optaretur. quod in hũc etiã diẽ p̃mãsit: ut sic se amari uelle dicãt sicut Pieria Frigius adamauit.

Frigius & Pieria

Policreta.

b Ellum iter naxi habitatores ac milesios ob Ipsicreontis uxorẽ neeram ita exortũ esse perhibet: cum promodontẽ ex naxo oriundum Ipsicreontis aũt uiri sui hospitem adamaret: clanculum illi cum in uiri domo uersaretur se cõmiscuit: post hæc amore ardens & uiri iracundiam formidans una cũ promedonte in naxum abiit: ibiq; se uestæ addixit obsequio: hanc igit̃ a uiro sæpius repetitam: cũ reddere promedontis gratia naxii recusarent: & religionis occasionẽ iniuriæ prætenderent: repẽte bellum inter utrosq; est excitatũ: Cũq; ionum plurimi sese milesiis socios addidissent: cum præcipue eritrei

egregie operam nauarunt: ita multis utrinq; acceptis atq; illatis calamitatibus bellũ iam diutius protractum: unius tandem mulieris opera finẽ accepit: quod mulieris itidem peruersitate fuerat institutũ. Diognitus erithreorum impe/rator cum uallo munitionibusq; naxiorum urbem clausisset: ad populandos agros cõuersus ingentem omnifariam re/rum generis prædam abegit: inter quæ mulieres liberæ: uirginesq; cõplures extiterint: ex iis unam ipse ante alias forma præstantem nomine Policretam sibi delegit: eiusq; amore incensus non quasi captiuã seruam sed ueluti legi/timã uxorem tenebat domi. Interea cum solẽnis sacrorum dies milesiis aduenisset: militibus ducibusq; quod nihil pe/nitus hostem timerent in uenerem potumq; profusis: Po/licreta Diognitũ rogauit: an sibi per eum liceret sacrorũ libaminum partem ad fratres mittere: qui in ciuitate ob/sidebantur: cũq; id sibi permisisset Diognitus ipsa plum/beam laminam placentæ insertam una cum aliis quibus/dam cibariis seruo ad fratres tradidit deferendã: ac simul nuntiare iubet ut soli iis quæ a se missa essent uescerentur: ii cum inter edendum plumbeam laminam offendissent: quæ in ea cõscripta erant perlegerunt: monebat aũt ipsos Policreta: ut proxima nocte totis uiribus hostes adoriren/tur haud dubie uictoria potituri: quod omnes diurna crapu/la uinoq; confecti negligenter incompositeq; iacerent: ea cum Policretæ fratres animaduertissent rem omnẽ ad im/peratores quam primũ deferunt: qui illorum adhortationibus compulsi eductis ex urbe copiis hostiũ castra inuadentes multisq; interfectis nullo labore ipsa cœperũt: inde ad per quirendos Diognitũ Policretamq; sunt cõuersi: quæ suos ciues pro illius salute deprecata ut incolumis abire lice/

ret impetrauit. ipsa uero cum fratribus in urbem reuertebatur: cui ciues uniuersi obuiã prodeuntes gratulabant: eiusq; uirtutem ac prudentiã admirantes summis laudibus efferebãt. uerum ipsa tantæ lætitiæ magnitudinẽ non sustinens in omniũ conspectu ad ciuitatis portam repente expirauit: ubi etiam sepulchrum illi publico sumptu est constitutum est: quod fascinationis sepulchrum nuncupatur: quod tanquã inuidi cuiuspiam fascinatione cõcessis honoribus Policreta prohibita fuerit. Atq; hæc ita ut enarrata sunt gesta fuisse naxiorũ quidam scriptores tradiderunt. uerum Aristoteles non captam a Diognito Policretam: sed cum illam forte uidisset ingenti amore correptum scribit ultro se omnia facturum esse pollicitum: si ad eum Policreta accedere uellet: cuius ipsa petitionibus ita se assensum ire dixit si sibi unum duntaxat concederet: atq; id iureiurando præstito se facturum confirmaret: quæ omnia ut petebantur futura cum spopondisset Diognitus ipsa deliũ liberũ sibi dari postulauit: Sic enim ager urbi adiacẽs uocabatur in quo hostes castra collocauerant: aliter se nullis cõditionibus unq̃ ad eum uenturã. Tum Diognitus & amore ardens & iuramẽti insup religione adstrictus motis ex eo loco castris retrocedẽs liberũ Policretæ agrũ cõcessit: quæ illũ suis ciuibus dono dedit: Ex quo naxii rursus milesiis æquales facti indutias primo mox etiã pacem quibus uoluere cõditionibus pepigerũt.

Lampsace.

p Hocenses erant ex Codri ꝓgenie gemini fratres Fouus & Blessus: quoꝝ Fouus primus omniũ e petra leucadia sese ĩ mare præcipitare est ausus: ut Charon Lãpsacenus in historiis retulit. is cũ esset & uirtute præstãs



251

& regia quadã dignitate ornatus ad insulã paphũ aliquan do negotiorũ priuatorũ gratia nauigauit: ubi a Mandro/ne bebritiorũ qui & pitoessini dicunt rege & hospitio & amicitia susceptus in bello qđ is tũ forte cũ finitimis ge/rebat socius fuit: hoc igit officio permotus Mandron cũ plurima abeunti fouo beniuolẽtiæ argumẽta dedisset: tũ in agri ac ciuitatis partem asciuit sociũ si ex phocide co/lonos adducẽs pitoessam incolere uellet. Egressus igitur i patriã fouus ciuibus aliquot psuasit ut habitatũ secum in pitoessam concederent: fratrẽ qui coloniã deduceret simul cũ ipsis eodẽ mittens. Nec sane Mandron illos promissis defraudauit. Igitur in pitoessa constituti phocens cũ bella assidua cõtra finitimos barbaros gererẽt: atq; ex eorũ præ da spoliisq; ditati inuisi primo mox ẽt suspecti bebriciis esse ceperunt. Igit ex urbe illos pellere cupientes primũ aduersus eos Mãdronẽ uariis iniectis suspitionibus irrita re tentabant. qui cũ esset ingenio mittis atq; perfacilis eorũ dicta aspernabat: uerũ Mandrone ipso pergere profecto bebriciis dolis inuadere phocenses constituerũt; qđ cum Lampsace Mãdronis filia adhuc inupta comperisset: pri/mo qđ amicos ac familiares ab incepto deterrere conata est admonens rem scelestã atq; nefariã ipsos aggredi cum in socios belli ac beneficos uiros: nunc uero conciues etiã suos tantũ facinus moliant. ubi uero nihil eos suis uerbis moueri sensit: rẽ omnẽ clanculũ ad phocenses detulit: qui celebritate quadã & solenni epularum apparatu simulato pitoessinos ad conuiuia extra ciuitatẽ uocauerunt. ipsi ue ro bifariã diuisis copiis partim ad occupãda ciuitatis mœ nia partim captis antea uictisq; pitoessinis ad reliquã ciui tatẽ capiẽdã discurrerũt. Atq; p hũc modũ ciuitate potiti

mãdronẽ q reb9 cõsuleret reuocarũt: Lãpsacẽ uero morbo defunctã in ciuitate sepellientes egregio funere decorarũt: atq; urbẽ ex eius noie Lãpsacũ appellarũt. Sed postq̃ Mã drom ꝑditióis suspitionẽ deuitãs una cũ illis habitare no luit: interfectoꝝ filios atq; uxores ad se mitti iussit: q̃d illi sine fraude facientes nulla penitus allata iniuria præstite/ rũt: & Lãpsace primo heroicos honores tribuẽtes ad extre mũ ĩter deos referri: eiq; tãq̃ Deæ sacra fieri publico decre to statuerũt: eũq; sacrificãdi morẽ in posteꝝ semp fixũ im mobilẽq; seruatũ.

Aretafila.

a Retafila cyrenæa ipsa qdẽ nõ multũ a nr̃a ætate remota qppe quæ mithridatis tpe claruerit: sed uirtute & reꝝ gestaꝝ gloria priscis heroũ filiab9 oĩ ex parte extitit cõferẽda. Hæc eglatore pr̃e nata fedimo nupsit adolescẽti nobilitate ac diuitiis inter cõciues suo fa cile pricipi. cũq; forma & corpis aspectu pulcherrima eẽt prudẽtia tñ & uirtute animi corpis pulchritudinẽ supabat neq; ciuilis facũdiæ atq; eloquẽtiæ exps habebat. hãc etiã patriæ calamitates illustriorẽ effecerũt. Nicocrates. n. cy/ renis occupata tyrãnide cũ ciues pmultos morte dãnasset: Menalippo Apollinis sacerdote ꝓpria manu ĩterrẽpto si/ bi sacerdotii ius auctoritatẽq; usurpauit: Fedimo quoq; Aretafilæ uiro p dolũ necato Aretafilã q̃uis inuitã reluctã tẽq; duxit uxorẽ: is igit̃ cũ multa ĩ ciues crudeliter supbe/ q; quotidie faceret: tũ illud uel in primis sæuissimũ appa/ ruit q ad portas ciuitatis custodes apposuit: q elata cada/ uera pugionib9 fodiẽtes pscrutarent̃: aut cãdẽtib9 ferri la minis urerẽt: neqs ciuiũ p cadauere extra ciuitatẽ depor/ tatus ipsum lateret. erãt hæc præter domestica mala Are/ tafilæ molestissima: q̃q̃ eius amore deperiens tyrãnus ipsi

plurimũ indulgeret:cũq; erga oẽs imanis atq; intractabi/
lis esset:solã ipsam mãsuetũ facilẽq; illũ hrẽ cõstabat:plus
tñ ingẽtis spũs mulierẽ dolor ex patriæ uexatõe susceptus
q̃ uiri erga se indulgẽtia cõmouebat:ciuitatẽq; tã inhuma
niter ab eo uexari tacita indignabat᷑:præsertim cũ nouæ
quotidiæ cædes uariis in ciues cõfictis criminib9 a tyrãno
fierẽt:oẽsq; penitus tãta scelera ulcisci posse desparẽt:exu/
les.n.& alioqn impotẽtes & tyrãni ẽt timore pculsi uarie
sese dispserãt:Sola aũt Aretafila publicis rebus spẽ aliquã
afferre:& cõmuniũ iniuriaꝝ ultionẽ tẽptare ausa est fer/
reæ thebanæ multoꝝ laudibus celebratã audacia ad imi/
tandũ sibi ꝓponẽs:Sed cũ sibi nõ æque atq; illi socii atq;
adiutores facinoris adessent ueneno hoĩem aggredi medi/
tatur:in quo multa sibi aduersa contigerũt:cũq; plurimi
peragẽdi ꝓpositũ tẽptati modi eã defecissent:ad extremũ
in crimine deprehensa nõ ultra ualuit mentẽ suam qualis
esset erga uirũ dissimulare:cũ certissimis argumẽtis con/
uicta teneret᷑. Igit᷑ Caluia nicocratis mater & alioqn ga/
rula atq; inexorabilis mulier grauibus suppliciis affectam
Aretafilã q̃primũ iterficiẽdã cẽsebat:sed nicrocratis iracũ
diã leniorẽ faciebat amoris erga Aretafilã magnitudo:tũ
q̷.ipsa cõstãter sane accusatorib9 rñdebat:alias q̃sdã cau/
sas ueneni qđ apud ipsam cõpertũ fuerat prætendens:cũ
uero manifestis indiciis argueret᷑ ut ueneni præparationẽ
diffiteri se minime posse cõspicere:fateor inqt a me medi/
camentũ nõ tñ ad mortẽ fuisse paratũ:Sed cũ scirẽ mi uir
multis pp summã in me beniuolentiã tuã puersis mulieri/
bus odiosam esse & inuisam:q̷ tm̃ gloria potẽtiaq; excel/
lerẽ cõtra eaꝝ artes atq; dolos aliquo mãsuri in me amoris
poculo tãq̃ præsidio munienda statuerã:ob id igit᷑ talia a

me quæsita fuisse nõ diffiteor: quæ forte leuioris ac mulie bris ingenii uideri nõ tñ mortis supplicio digna existimari debẽt: nisi tu uir hui9 causæ iudex cõstitutus medicaminũ & incãtationũ cã necandã uxorẽ esse cẽsueris: qđ te forte magis q̃ uelles adamauerit: talia cõstãter dicẽte Aretafila: nicocrati placuit tormẽtis adhibitis huius facinoris quæ stionẽ hr̃i: eiq; Caluiã matrẽ præfecit: quæ nulli tormẽto℞ generi parcẽs quoad potuit diligẽtissime oĩa exq̃siuit quæ oĩa adeo cõstãter Aretafila ꝓtulit: ut ipsa ẽt Caluia quærẽ do sit fatigata: tũ nicocrates quæstionẽ dimitti iubẽs ino xiã esse Aretafilã sibi ꝑsuasit: qđq; ipsã torqueri passus eẽt pœnituit. Nec multo post amoris magnitudine supat9 ite rũ Aretafilæ pristino more cõciliatus sũmis honorib9 atq; oĩ comitate illius beniuolentiã recupare nitebat᷑: uer℞ ipsa supplicio℞ & calamitatũ q̃uas perpessa fuerat haud quaq̃ ĩmemor nulla aut gr̃a aut beneficentia flectebat animũ: Sed cũ ad honestũ erga patriã amorẽ illã ad facinus tem ptandũ cõpulerat noua insuper accessisset indignatio aliã ꝑdendi tyrãni rationẽ ingreditur. Erat Aretafilæ ex priore uiro filia ætate iam nubilis. hac uelut esca ad alliciendum tyranni fratrẽ utebatur uirũ suapte natura ad uoluptates procliuẽ: præterea medicamẽtis & incãtationibus nõnul lis usam ad capiendũ iuuenẽ cui Leandro nomen erat nõ nulli ꝑhibent. Hãc igit᷑ exorato fratre uxorẽ accipet sum mo studio cõtendẽs effecit. Inde ubi primũ simul cõgressi sũt puella sicut a mr̃e fuerat instituta uir℞ multis uerbis ad liberãdã p̃riã exhortat᷑ asserẽs ne ipsum qdẽ sub tyrãnide uiuẽtẽ liber℞ esse: cũ nec accipiẽdi pro suo arbitrio uxorẽ: nec acceptã retinẽdi ius haberet: nouas quotidie a tyran no calũnias & suspitiones adiiciens contra fratrem irrita

255.

bat:gratũ id quoq; aretafilæ futurũ ostendẽs:qđ ubi Le-
ander intellexit maiorẽ animo rẽ aggressus daphnidis fa-
miliaris sui opera:quẽ consilii participẽ fecerat tyrannũ i
terficit:uerũ nõ ultra aretafilæ obsequutus re ipsa atq; ope
ribus patefecit se fratricidã potiusq̃ tyrannicidã extitisse:
omni.n.imperii iure in se trãslato iniuste ĩprudenterq; do
minabať:honore tñ aliquo & reuerentia Aretafilã obser-
uãs.quæ cũ illi clãculũ aduersareť: clãdestinas moliebať
insidias:ac primo qdẽ libycũ bellũ aduersus eũ concitauit
Anabo ciuidã ex libya oriundo ꝑsuadens ut Leandri fini-
bus uastatis exercitũ urbi admoueret.post hæc amicos Le
andri atq; exercitus ductores tanq̃ desides minimeq; ad ge
rendũ bellũ idoneos criminabať ocii ac belli q̃ pacis cupi
diores affirmãs quapꝑ quiete sibi opus esse si stabilire ty-
rãnidẽ & libere suis ciuibus cuperet dominari.Itaq; indu-
cias si ita uelit cũ hoste facturã & Anabũ i colloquiũ ad-
ducturã polliceť:sic.n.facilius inter eos res posse cõponi
priusq̃ cœptũ nuper inter utrosq; bellũ mutuis dãnis infe-
rendis crudesceret:his ubi leandrũ adnuere animaduertit
priusq̃ destinatus colloquio dies adesset:p ocultos nuntios
Anabũ rogat ut ĩter colloqa leãdrũ ĩterficiat magnũ auri
pondus si id effecerit illi se daturã ꝓmittens qbus conditio
nibus cũ libicus assensus esset:& instaret colloqs dies Le-
ander alias ex aliis causas ꝓferens colloquium abnuebat.
Attñ Aretafilæ uerecundia p motus quæ ultro se illi co-
mitẽ affuturã pollicebať:tandẽ inermis ex urbe ac sine cu
stodibus ullis ꝓcessit. At cũ iã Anabo ꝓpinquãs illũ cõ-
tra ueniẽtẽ aspexisset pmotus aío custodes corporis expe-
ctare uelle dicebat. At præsens Aretafila partim hortãdo
partim accusando formidinẽ:tãdẽ uero cũtantẽ ex manu

trahens cōstanter sane atq₃ audacter ad barbarū pduxit: atq₃ in eius manus captiuū tradidit: quē uinctū libici carcerią₃ inclusum seruarūt quoad Aretafilæ amici pmissam Anabo pecuniā attulerunt: qbus cū magna ciuiū pfecta multitudo est: atq₃ oēs re ut gesta fuerat intellecta cursim ad Aretafilā gratulatū atq₃ cœptū opus pficere hortatū pcesserant. Ipsa. n. concepte aduersus tyrannū iracundiæ iā formæ oblita ad suppliciū de eo sumendū lāguidior uidebat̃. ciues aūt de recuperanda libertate in primis erāt solliciti. Igit̃ Aretafilā sūma cū lætitia adeūtes quasi diuinū aliqđ numen effusis lacrimis & pstratis humi corporibus uenerebant̃. aliis itaq₃ super alios frequenter aduenietib9 uix tandē ut eis leandrū traderet īpetrauere: unde uesperi simul omnes in urbē redeunt: ac debitis laudibus honoribusq₃ Aretafilæ psolutis ad suppliciū de tyrāno sumendū animos cōuertere. Et Caluiā qd tyrāni matrē uiuentē cremarunt: Leandrū uero culeo insutū in mare piecere. Demū rei. p. instituendæ intenti Aretafilā ut una cū ciuitatis optimatibus rē. p. gubernandā capesseret hortabāt̃: quæ tanq̄ in dubio difficiliq₃ certamine utq₃ ad premiorū distributionē uersata ubi liberā ciuitatē suiq₃ iuris factā cōspexit i sacrorꝝ uirginū domū secedens: negotiorꝝ omniū ac ciuiliū rerū cura posthabita: qđ reliquū fuit uitæ inter amicas sociasq₃ mulieres placide traquilleq₃ peregit.

Camma

g Alatæ duo quidā fuere Sinatus & Sinorix cū potentia apud suos clari tū familiaritate inter se & generis ppinqtate cōiuncti. E qbus Sinatus uxorē duxit uriginē noīe Cāmā corporis forma ex pulchritudine clarā: neq₃. n. solū uirtutib9 quæ a muliere exigunt̃ modestia

252

& erga uirũ obseruantia: sed prudentia quoq; & ingenua
q̃dã animi magnitudine excellebat. humanitas præterea
atq; erga inferiores præcipua comitas amabilẽ gratamq;
omnibus ipsam reddebant. Accedebat ad hæc uero parui
apud eas gentes habitũ ornamẽtũ Dianæ sacratã eẽ: quæ
apud galatas religiosissime colit᷑: cuius festis sacrisq; cele/
brandis tanta obseruãtia & cultus magnificentia præerat:
ut omnes in sui admirationẽ cõuerteret. huius igit᷑ captus
amore Sinorix cũ neq; precibus ipsam flectere: neq; ulla
ui cogere uiuente Sinato posse aĩaduerteret: scelestissimũ
facinus ausus dolo Sinatũ interemit. Hæc ita multo post
ad cãmã nuntiis in Dianæ tẽplo degẽtẽ cõnubiũ eius pete
bat: quæ nõ humiliter aut abiecto animo ĩdignã uiri mor
tẽ ferens diligentissime quonã pacto de sinorige suppliciũ
sumere obseruabat: q maiore in dies studio petitionẽ ur/
gens rationes haud multũ a ueritate alienas afferebat: neq;
genere aut alia quapiã re Sinato inferiorẽ se eẽ prædicãs:
ꝑpetrare uero cædis nõ odiũ aut auaritiã aut aliã omnino
causam præter nimiũ amorẽ Cãmæ fuisse testabat᷑: cui fa
cile ueniã ab ea tribui censebat oportere. Cũ iugiter Cãma
fatigaretur primo nõ admodũ aspere aut inhumaniter pe
tentibus aduersata paulatĩ deinde mollescere ac uerbis ani
mũ flecti simulauit: cũ præsertim affines amiciq; oẽs Si/
noregis gratia cõmoti eius uolũtati ut acquiesceret horta/
rent᷑: uim quoq; ad extremũ allaturũ illũ minitãtes: Qui
bus tot rebus tandẽ Cãma ꝑmota Sinorigẽ ad se in tẽplũ
uocari iubet q̃si Deã huius auctorẽ cõnubii factura: ueniẽ
tẽ deinde benigne atq; humaniter excipiẽs ad arã ꝑduxit:
& fialã tãq̃ Deæ libamẽ tenẽs ipsa primo partẽ ebibit: re/
liquũ deĩde Sinorigi bibẽdũ porrexit. erat aũt uenenatũ

mulsum qd' fiala continebat':idq; postq̃ ebibisse illũ ani/
maduertit clara uoce exclamans & Deæ simulacrũ uene/
rata:te inqt Dea℞ præclarissim⁹ obtestor me hui⁹ tm̃ diei
gr̃a Sinato supstité hactenus fuisse.qd.n. illo mortuo tan
ti téporis usus afferre poterat præter huiusce ultionis spẽ:
cuius iã cõpos tuo numine effecta libens uolensq; ad uirũ
descendo.tibi uero oĩum scelestissime sepulchrũ ꝓ thala/
mo & ꝓ nuptiis funus amici familiaresq; parabunt.Ea cũ
Sinorix audisset:& iam uisceribus inhærés uenenũ senti/
ret:primo quidé currũ cõscendit agitatione atq; concussu
uenenũ e corpore depulsurũ existimans:uerũ ibi diutius
cõsistere ob doloré non potens lectica se circũferri iussit:
neq; ita multo post e uita migrauit.At Cãma magnã no/
ctis partem cõtra ueneni uĩ reluctata ubi defunctũ Sino/
rigem audiuit:ꝓmpto atq; alacri animo decessit.

Stratonica:& Chiomara.

p Ræbuit insuper galatia Stratonicã Deiotari:&
Chiomarã Ortiagõtis uxores memoratu sane di/
gnas mulieres:quarũ Stratonica cũ se filiis q uiro succe/
derent carere:idq; nõ uiri sed sui uitio euenire animaduer
teret:ꝑsuasit uiro ut ex quacunq; posset muliere ꝓcreatos
filios sibi supponeret.Tũ Deiotarus mulieris prudentiam
admiratus:eius cõsiliis obtéperare nõ recusauit.ipsa igit'
ex ancillis uirginẽ præstanti forma:electrã nomine deli/
gẽs ut Deiotaro cõiungeret':effecit atq; ex ea ꝓgenitos fi/
lios suscipiẽs tãq̃ legitimos ingenue liberaliterq; sũma cũ
beniuolẽtia educauit.

Chiomara.

e X eadẽ quoq; galatia & Chiomara orta est Ortia/
gõtis uxor ꝑ id tpis capta quo Romani galatas q in
Asia sunt bello supauere.Hãc tribunus qdã in diuidenda

præda sortitus: ut plerūq; militariū hoīum fert cōsuetudo uiciauit. is erat cum ꝓpensus ad libidinē: tū uero pecuniæ auidissim9 ut facile auaritia libidinē superaret. Igit᷑ cū chiomaræ affines multū auri pro ipsa redimenda pollicerent᷑: Tribun9 diligētissime mulierē obseruabat. forte āt fluui9 locū in quo chiomaræ cognati habitabāt & Romanoꝝ castra medius īterfluebat: hūc postq̄ illi ꝓmissum redēptiōis premiū afferentes trāsgressi sunt: iāq; ea recepta domū remearēt: ipsa seruoꝝ cuidā iubet ut Romanū q eā salutādi gr̄a usq; ad fluuiū ꝓsequebat᷑ īterficeret: cūq; eius mādatis seruus obtēpans captata oportunitate tribunū occidisset: ipsa desectū a cadauere caput ꝓpriis uestib9 inuoluēs una cū suis domū remeat᷑. utq; primū in uiri cōspectū ꝑuenit laxato sinu caput qđ gestabat añ illius pedes effudit. cūq; ille rei nouitate ac magnitudine ꝑculsus mulierē īterrogaret nū fidē seruare præclaꝝ arbitraret᷑: Sane inq̄t illa uerū hoc lōge ut opinor præclarius est unū dūtaxat ex his q me cū cōcubuerint uiuere: Hoc se Polybius cū sardis uersaret᷑ multoꝝ sermonib9 celebratū audisse testat᷑ mulieris cōstātiā atq; prudentiā admirās. Sed aliud quoq; eadē ꝓuincia scribēdi præstat argumētū. Nā cū Mithridates ad. lx. ex galataꝝ optimatibus simulata amicitiæ cā ꝑgamū accersisset: aspe deinde supbeq; illos exagitās uehemēter eoꝝ cōtra se aīos irritauit Regis iniurias haud q̄q̄ æquo aīo tollerantiū. Erat inter galatas Thoridorax uir & ꝓcero robustoq; corpe & animi audacia ac fortitudine præstās: is negociū cōcedētib9 reliqs suscepat ut Mithridatē ex gymnasio ubi uiri dicēdo cōsistere cōsueuerat abreptū in fossam quæ nō ꝓcul inde aberat præcipitaret. forte eo die cū Mithridates ad gymnasiū uenire nollet: galatas domū ad se

uenire iubet: eos Thoridorax hortat᷑ ut cũ in unũ cõgref/
si fuerint omnes impetu facto regẽ trucident. uerũ id con
siliũ Mithridatẽ minime latuit: cũ ex eoꝝ numero qdã rẽ
omnẽ ad Regẽ detulisset. Quapp ingenti iracundia per/
citus rex singulos galatas singulis lictoribus mactandos
tradidit. Nec ita multo post sibi uenit in mẽtẽ eẽ in illorũ
numero adolescentẽ cũ nobilitate insignẽ tũ forma & æta
tis flore oium q apud se eẽnt præstantissimũ. Eius igitur
miseratione cõmotus ægre admodũ ferebat ꝙ ipsum quo
qꝫ iussisset interfici: Et q̃q̃ de eo iam sũmptũ suppliciũ ar/
bitrabatur; aliquos tamẽ dimisit qui si uiuentẽ adhuc na/
cti essent: eũ morti subtraherent. huic Vipolitano nomen
erat: & casu quodã euenerat: ut is quando comprehensus
fuit: egregiã ueste miroqꝫ opere elaboratam indutus esset.
Hanc igit᷑ purã atqꝫ incruentã lictor habere cupiens cũ in
spoliãdo iuuene esset occupatus nuntios ꝓcul a rege mis/
sos effuso cursu ad se uenientes & nomine Vipolitanũ ap/
pellantes est conspicatus: itaqꝫ pluribus exitii causa solet
eẽ auaritia Vipolitano insperatã salutẽ attulit. Inter hæc
Thoridorax occisus regis iussu inhumatus iacebat: neqꝫ
ad eũ sepeliendũ amicorũ quisq̃ audebat accedere: uerũ ꝑ
gamena mulier quã ob eximiã pulchritudinẽ Thoridorax
adamauerat: summũ discrimen subire ausa acceptũ cor/
pus & qbuscũqꝫ poterat ornamẽtis decoratũ sepelire pa/
rabat. Quod ubi regii custodes animaduertere cõprehẽ/
sam mulierẽ ad regẽ adducunt: q eius pulchritudine non
nihil cõmotus: eiusqꝫ simplicitatẽ ac fidem admirans: ubi
amorẽ huius rei causam esse comperit: eã omni reatu ab/
soluens incolumẽ abire iussit: eidemqꝫ armati corpus ad
sepulturã concedens uestes aliosqꝫ funere dignos ornatus

267

ex ꝓpria supellectile largitus est. Thimoclia.

t Heagenus thebanus eadē cū Epaminūda & Pelopida cæterisq; optimatibus sentiens de re.p. in ea pugna qua pro cōmunibus Græciæ fortunis apud cheroneā pugnatū est cecidit: cū iam hostilem aciē q̄ cōtra se steterat ꝓfligatā uictor īsequeretur: is præcipuū quēpiā ex hostibus persequens cū ille quonā usq; nos tandem ꝑsequeris clamitaret: Macedoniā usq; respōdit. Huic mortuo soror superstes relicta fratris uirtutē & ꝓpinquitatē egregiis opibus est testata: q̄q̄ uirtute alibi haud multum uti licuit q̄ ut cōmunes calamitates æquo animo tolleraret. Nam postq̄ Thebis potitus est Alexāder milites per omnē urbē prædabūdi discurrētes alius aliā ut cuiq; sors obtulerat partē diripiebat: forte euenit ut Thimocliæ domū uir qdā impius atq; inhumanis thracū eqtū præfectus occuparet: q regi & noīe & genere cōueniens moribus ab eodē uehemēter dissidebat. is Thimocliæ neq; genus neq; ante actæ uitæ pudicitiā ueritus: ubi cœnatus multo se uino ingurgitauit Thimocliā secū dormitū accersiri iubet: neq; illata iniuria cōtentus interloquēdū diligētissime nū qd auri aut argēti defodisset aut uspiā occuluissent sciscitabat᷑: ac partim minitādo partim uxores loco eā se habiturū pollicēdo qđ cupiebat extorquere conabat᷑. illa uero ut erat ingenio ꝓmpta oblatis ab aduersario occasionē libenter arripiēs: utinā inqt mori potius q̄ uiuere mihi ante hāc noctē cōtigisset. corpus.n. ab omni cōtumelia intactū īuiolatūq; seruassem: uel te unū tutorē dn̄m uiꝝ ubi ita diis uisū est habitura. quæ tua iā sunt amplius te celare nō debeo: mihi.n. iā nihil aliud quā qđ tibi libuerit accidere posse cōspicio: quo pacto igitur se res hēat accipe. Ego cū

multũ haberẽ cælati argẽti mũdũ quoq; muliebre maxi/
mi precii auri quoq; signati nõ pa℞ ubi urbẽ iã ꝓpemo/
dũ captã aĩaduerti oĩa pieci: uel ut uerius loquar in puteo
aq̃ carente deposui: idq; pauci admodũ nouere. Est.n. pu/
teus opculo quodã desuptectus: & multis undiq; circũse/
ptus uepribus. tu igit̃ illa sumẽs fortissimus euades. mihi
uero eadẽ illa pristinæ fortunæ & domestici splẽdoris testi
moniũ afferẽt: Ea cũ macedo audisset: quoad illucesceret
dies expectare nõ ualuit: & Thimocliæ se ad mõstratũ lo/
cũ deducere atq; orti aditũ neqs eo puenire possit claude/
re iubet. ipse post hæc interiore dũtaxat tunica indutus de
scẽdit in puteũ malo genio & illatæ in Thimocliã iniuriæ
ultricibus eo ducẽtibus. Nã postq̃ illũ iam ad fundũ pu/
tei descẽdisse Thimoclia aĩaduertit: multos & ipsa ꝓpriis
manibus lapides in puteũ deuoluens: plures etiã ancillas
eodẽ deicere iubẽs: uirũ tandẽ ne quicq̃ auxilia implorã/
tem lapidibus obrutũ interemit: ea res postq̃ Macedoni/
bus cõperta est: detracto ex puteo cadauere cũ iam rex p
præconẽ edixisset nequis Thebanũ ciuẽ auderet occidere:
cõprehẽsam Thimocliã ad regẽ ducũt ꝑpetratæ ab ea cæ/
dis accusationẽ deferẽtes: q̃ cũ ex uultu atq; statura corpo
ris tũ & incessus & mo℞ grauitate generosam q̃ndã ĩ ipsa
dignitatẽ cõtemplatus: prim.ũ quænã esset interrogauit:
ad quẽ ipsa cõstanter atq; interrito uultu r̃ndẽs: mihi inq̃t
Theagenes frater fuit: qui ĩpator in Cheronia cõtra uos
ꝓ cõi græco℞ salute pugnãs occubuit: ne nos ea q̃bus nũc
præmimur mala sustineremus: ego uero postq̃ nr̃o genere
indigna pati sum coacta nequaq̃ iam mortẽ abnuo: mihi
enim mori lõge melius est: q̃ noctẽ præterite similẽ nisi tu
ꝓhibeas experiri. His auditis adstãtiũ pleriq; lachrymas

cõtinere nõ potuerũt. At Alexãder nõ se qdẽ miserari tali aĩo præditã mulierẽ inquiẽs: sed magis uirtutẽ ac prudẽtiam admirari principibus militiæ edixit: ut cauerent ne qua post hac ingenuæ domui afferret̃ cõtumelia. Thimocliam uero atq; omnes generis ꝓpinquitate sibi cõiunctos incolumes: atq; ab omni clade intactos seruari præcepit.

Erixona.

Acti cognomento dæmonis filius fuit Archesilaus uir moribus haud quaq̃ patri similis. Nã uiuo etiã parente cũ pinnas & ꝓpugnacula quædam circa domũ suam ædificare cœpisset a patre ꝓhibitus ac insup talento mulctatus est. Is itaq; post patris mortẽ cũ & suapte natura ferox esset: & Learcho scelestissimo atq; audacissimo uiro familiariter uteretur: ex rege sese in tyrannũ permutauit: uerũ Learchus insidias tyrannidi machinatus: optimũ quẽq; Cyrenẽsium ciuium aut morte aut exilio damnabat: eius rei culpam omnẽ in Archesilaum transferens: tandem cũ in letalem morbũ Archesilaus incidisset: Learchus maritimo echino in potione tradito: ipsum ad mortẽ compulit. Ipse uero tyrannide occupata eã Archesilai filio seruare dictitabat. uerũ puer & quia pede altero claudicaret: & ob ætatis ẽt imbecillitatẽ nõ magni sane a ciuibus existimabat̃. Igitur studiũ omne in adolescentis matrem uertẽtes summa caritate beniuolentiaq; ipsam colebant: quæ cũ prudẽtia & amore erga uirũ præcipuo haberetur: tũ affiniũ clientũq; multitudine nõ paruas in ciuitate uires habebat. Quibus de causis ꝑmotus Learchus eius coniugiũ exposcens filiũ Battum in adoptionẽ si sibi nupsisset assumere pollicebatur successorẽ post suã mortẽ in regno futuꝝ. At Erixona id. n. mulieri nomẽ erat: quasi

& ipsa cõiugiũ exoptaret:fratres qd sibi esset agendũ cõ/
sulere uelle dixit:eũq; ipsum adhortata est:ut rẽ cũ fratri/
bus cõmunicaret:Illi igit̃ dedita opa rẽ q̃ maxime in lon/
gum ꝓtrahẽtes quod aĩo facere destinauerãt præparabãt.
Inter hæc Erixona missa ad Learchũ ancillula nũciat fra/
tres neq; cõnubio multũ aduersari:neq; eidẽ palam assen/
tiri:q; si forte mutuo colloquẽdi facultas detur:fore ut cũ
nõ ultra iam obsistere possint facile ac libẽter assentiant̃:
igit̃ optimũ sibi uideri:ut ipse noctu q̃ñcũq; placuerit ad
se ueniat:principio nanq; pacto reliqua ꝓspere successura
existimare:Erãt hæc Learcho uehemẽter grata:cũq; mu/
lieris amore flagrarẽt:si se ubi illa iusserit uenturũ polli/
cetur. Atq; hæc oĩa Poliarcho qui inter fratres eius maior
erat auctore mulier faciebat.Igit̃ statuto simul cõgrediẽ/
di tpe Poliarchus adolescẽtes duos gladiis armatos in so/
roris cubiculo clanculum statuit:quoꝝ parens nõ multo
antea fuerat a Learcho interfectus.Inde ubi Learchus uo/
cante Erixona domũ sine custodib9ullis ingressus est:ado
lescẽtes impetu facto multis cõfossum uulneribus interfe/
cere:& cadauer p fenestras domus eiiciẽtes Battũ regiis in
signib9 ornatũ ad populũ ꝓduxere:eoq; in paterno regno
cõstituto pristinã rei pu.formã Poliarchus cirenæis ciui/
bus reddidit:erãt p ea tpa cirenis milites pmulti ab Ama/
side Aegyptioꝝ rege missi:quoꝝ fide atq; opera plurimũ
Learchus utebat̃:magnũq; p eos timorẽ ciuibus incusse/
rat:hi gestæ res nuntio ad Amasim misso grauiter Poliar/
chũ accusabãt:quapp cõmotus Amasis bellũ repẽte cire/
næis meditabat̃.ueꝝ ob matris mortẽ occupat9:dũ iustas
illi exeqas celelebrat:bellũ paulisp differre coactus est.In
terea legatos ad Poliarchũ mittit:quo aĩo in eum rex esset

285

nuntiãtes:quorũ uerbis cõmotus Poliarchus purgatũ sese ad Amasidẽ statuit pficisci:Erixona quoq; nunq̃ illũ de/sertură afferens: atq; omne secũ discrimen subire uolens: comitẽ fratri itineris addit. Tũ eorũ mater Critola q̃q̃ ætate iã grauis esset:q utrunq; miro amore diligeret:simul & ipsa itineris laborẽ suscepit:Erat magna mulieris ei9 apud oẽs dignitas atq; existimatio cũ pp egregias uirtutes suas: tum q Batti q fœlix cognominatus est soror extiterat. Hi postq̃ in ægyptũ puenere oẽs ppetratũ ab eis facinus ad/mirabant:Amasis uero præcipue fortitudinẽ atq; prudẽtiã Erixonæ contẽplatus magnis ornatos muneribus & regia liberalitate ac magnificentia psequutus cirenas redire permisit.

Xenocrita.

n Ec minus pfecto laudis meruisse uidentur quæ a cumæa Xenocrita aduersus Aristodimũ tyrannũ gesta sunt:quẽ nõnulli ob delitias Battũ idest mollẽ cognominatũ arbitrantes pcul a rei ueritate discedunt:mollis.n.apud barbaros cognõmentũ accepit: qđ apud eos ĩpuberẽ designat:eo qđ admodũ adolescens una cũ æqualibus comatis adhuc in bello aduersus barbaros gesto præcipue claruit:nec tm̃ audacia & animi uigore ĩ/pugnando q̃tũ prudẽtia cõsilioq; excellere uisus ẽ:itaq; cũ ciues oẽs ĩ admirationẽ sui cõuertisset:magnã ẽ apud illos auctoritatẽ cõsequutus: & ab iisdẽ cũ exercitu missus ut romanis ferret auxiliũ:qbus tyreni p id tẽporis ut Tarquinũ superbũ in regnũ restituerent bellũ intulerant:ea cum diuturnior militia fuisset:haud facile dici põt q̃tũ gratia apud eos q secũ militabant sibi cõparauerit:igit ubi satis eos cõciliasse existimauit psuadet ut senat9 auctoritate deiectã optiates ac potẽtiores oẽs ex urbe pellerẽt:qbus tan/

dẽ ppetratis nõ magno labore ciuitatis tyrãnidẽ occupa/
uit:erat is libidine ĩ mulieres atq; ẽt ĩgenuos pueros supra
q̃ dici põt corruptissimus:fert̃.n.masculos quidem adole
scentes in mulierũ morẽ comatos & auro cæteroq; mũdo
muliebri ĩstructos apud se hr̃e cõsueuisse:mulieres uero &
tonderi capita & epheboꝝ chlamydes & breuissimas ge/
stare tũicas cogebat:earũq; multis cũ deditus esset unã tñ
præ cæteris amabat Xenocritã:q̃ exulante p̃re domi reli/
ctã nullis neq; nuntiis neq; uerbis antea tẽptatã repente ad
se deduci iubet magni ipsã muneris loco habiturã existi/
mãs si apud eũ quocũq; modo uersari posset:ueꝝ hæc in/
genuũ puellæ aĩum haud quaq̃ fregerũt:grauiterq; fere/
bat:ꝙ inspõsata indotataq; apud illũ ꝑ pellice uersaret̃:
nõ minus præterea q̃ q tyrãno ĩfensissimi erãt patriæ liber
tatẽ exoptabat:forte euenit ut p id temporis Aristodimus
opus arduũ sane maximiq; laboris uerũ nullius usus aut
cõmoditatis futuꝝ egrederet̃:ĩgẽti.n.fossa cumæoꝝ agrũ
circundare statuit:q d' nõ utilitatis ciuisq̃ ut diximus aut
necessitatis gratia excogitarat: Sed ut assiduo labore fati
gatis ciuibus nullius otii aut cessationis occasionẽ daret:
erat.n.singulis certa in mensura agri spatiũ definitum ꝙ
effodere atq; indigestã humũ asportare cogebant̃: consu/
euerat autẽ Xenocrita quandocunq; domo abesset Aristo
dimus uelato capite in secretiorem domus partem secede/
re. Talia igitur facientem adolescentium aliqui ex his:qui
simul uersabantur per iocum interrogarunt:cur unum dũ
taxat Aristodimum tantopere coleret:ut alios ne colloqo
quidẽ dignaretur:quibus illi serio non ioco respondens in
quit:qa sol9 ex cumæis Aristodimus uir:ẽ hoc dictũ aĩos
omniũ q audierant pupugit:generosiores uero ad liber/

262

tatis curā recupādæ erexit: fert quoq; Xenocritā id cōtē-
platā grauiter ingemiscētē subiecisse q̄ mallē & ipsa cum
pr̄e simul terrā effodere atq; asportare: q̄ in huiusmodi de-
litiis summaq; potētia apud Aristodimū uersari: quæ res
magnopere cōiuratoꝝ aīos confirmauit: quorū princeps
Chimoteles erat. Igitur Xenocrita in regiā aditū præbēte
inermē atq; oī custodia uacuū tyrānū aggressi nullo ꝓhi-
bente interfecerunt: ita duplici mulieris uirtute cumæorū
ciuitas libertatē accepit. Nā & prima eius recupādæ curā
cogitationēq; iniecit: & ad opus perpetrandū contulit au-
xiliū: Cūq; cumæi ciues maximos honores afferre Xeno-
critæ pararent: illa omnibus neglectis unū dūtaxat ab eis
postulauit: ut sibi Aristodimi corpus liceret sepelire: quo
facile plibenterq; cōcesso ciues sacerdotē Cereris ipsam cō
stituere nō minus deæ sacerdotē q̄ mulieri sacerdotii hono
rem gratū futurū arbitrantes. Pithei uxor.

P Ithei quoq; uxorem quæ Xerxis tēporibus claruit
prudentia ꝓbitateq; insignē fuisse phibēt: eius uir
Pitheus auri fodicina inuenta cupide nimis ac supflua q̄
dā curiositate eiusmodi operi intentus omnes in eo ciues
occupatos habebat: cū aliis ad fodiendū uteret: alios con-
flando purgandoq; fatigaret: quosdam uero ei quod iam
paratū esset custodiendo præficeret: omnibus igitur circa
auri cōparationem occupatis cum aliud nihil agere pos-
sent: multiq; ob laboris magnitudinē perirēt: cuncti uero
tā multū in ea re studiū īprobarēt: mulieres facto agmine
ad pithei uxorē uenerūt orātes ut huic malo aliqd reme-
diū imponeret: ipsa mulieres benigne alloquuta discedere
ac bono aīo esse iubet. inde fabris qb9 ciuitas ob auri mul
titudinē abūdabat adhibitis aureos panes atq; oīs generis

